



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui crimen obiecerint, & verum non probauerint. iii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BYRCHARDI EPIS. VVORMAC.

quos vicarios, & ceterarios vocant, iustos habere debent, ne forte eorum auaritia aut rapacitate populus grauetur, & amissis facultatibus in paupertatem redigatur. Tales vero probatissimi & pauci, de pluribus esse debent, de quorum fide non dubitetur. Multum autem prauidetur, testimonium, cupiditate & falsitate respublica laeditur.

De illis qui crimen obiecerint, & verum non probauerint. Caput III.

Ex conc. Arausico. cap. 4. **Q**ui crimen obiicit, sciat se probaturum, & ubi causa terminetur, ubi crimen admittitur, & non probauerit quod obiecit, poenam quam tulerit, ipse patiatur.

Quales ad testimonium accedere debeant. Caput IIII.

Ex conc. apud Theodonis villa habito. cap. 3. **H**omicidae, malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos, magos, & cucumarios, nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium admittendi.

Ne innocens pernicie accusantium maculetur. Caput V.

Ex decre. Felici pa. ca. 15. **D**ignum est ut vita innocentis non maculetur pernicie accusantium, adeo, ut qui quis a quolibet accusatur, non ante accusatus supplicio deputetur, quam accusator praesentetur, atque ut & canonum sententia exquiratur: ut si indigna ad accusandum persona inuenitur, ad eius accusationem non iudicetur.

Ut nullus describatur reus, priusquam conuincatur. Caput VI.

Ex decre. Adriani pa. ca. 2. **I**udex criminis discutiens, non ante sententiam proferat finitiuam quam aut reus ipse confiteatur, aut testes idoneos conuincatur.

Ut presbyteri suos parochianos in synodo accusare debeant. Caput VII.

Ex conc. Moguti, cap. 6. **I**n sancto concilio decretum est, ut presbyteri sine parochianos, & accusare, & testimoniare possint, si negligenter, sui gradus periculo subiacebunt.